



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 135. Cantonem venire prohibitus, morboque correptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

„tibus forte territus de illius executio- Sæcul. XVI.
 „ne dubitarem, animumque desponde- A. C. 1552.
 „rem, hoc peccatum, quod sic com- Epist. Xav.
 „mitterem, præponderaret malis, quæ 14. ep. 15.
 „mihi intentantur: Jam vero ratum fi- Et 16.
 „xumque animo est: Sinas pergere Orland. n.
 „confitui, nihilque me a meo propo- 164.
 „sito avertere poterit, etiamsi omnes in-
 „ferni portæ adversus me sese aperirent,
 „cuncta flocci pendo, dummodo Deus
 „mihi sit propitius; si enim Dominus
 „pro nobis, quis contra nos?

§. CXXXV.

*Cantonem venire prohibitus, morbo-
que correptus.*

Cum iter suum jamjam adornaret, no- Turfel. c. 10.
 væ oboriuntur difficultates; quippe Et 11. n. 108.
 recens ejus interpret, cujus ministerio Et 109.
 summopere egebat, seu occulta Lusit-
 tanorum arte, seu periculorum metu
 inductus cum Xaverio iter prosequi re-
 nuit, eumque subito deseruit, nec mi-
 nus Mercator quidam, qui Xaverium
 comitari, eumque usque ad Cantonem
 portum deducere sponderat, æ-
 que, ac interpret Sinenfis fidem fefellit,
 nec suo promisso stetit. Omnibus hisce
 adversæ fortunæ vicissitudinibus fractus
 Xaverius rursus in morbum incidit,
 quem vix Mense Octobri Sancianum ap-
 pulsus

H h 4

pulsus

Sæcul. XVI. A.C. 1552. pulsus ægre evaserat, unde per quindecim dies lecto decumbere coactus, nec integræ valetudini restitutus die vigesima Novembris vehementioribus febris doloribus affligebatur, tumque, an a Deo ad Sinensem prædicationem fuerit vocatus, dubitare incipiebat, quapropter ad navim infirmis destinatam, viribus omnino exhaustus secessit, velut mendicus a nautis receptus; quippe inter pauperes mortem præstolari decreverat. Attamen acutissimis capitis doloribus cruciatus, ac insuper extrema ciborum nausea, & cholericis torminibus affectus in terram exscendere cogebatur, eo quod continua navis agitatio non parum hosce dolores auget: igitur aeris injuriis, expositus aliquamdiu in maris ora jacuit, donec tandem Lusitani ceteris magis benefici eundem ad suum tugurium deferrent, ubi omni ope destitutus per solidos decem dies jacebat, eum penitus negligentibus illis, qui etiam eidem plurimis titulis vel maxime obstricti erant. Demum bina vice sibi venam incidi patiebatur, id ipsum tamen ob chirurgi inscitiam non sine spasms, ac nervorum distentione fiebat.